

eiheft.

S. 5

1278 Febr. 27.

[10

Wildgraf Gottfried ernennet in den Streitsachen mit seinem Bruder
Emicho 4 Schiedsrichter und 2 Obmänner.

Universis presentium inspectoribus nos Godefridus comes Silvester et filii
nostri omnes volumus esse notum publice protestantes, quod super omnibus
discordiis, questionibus tam super hereditate quam comitatu quam aliis
omnibus inter nos ex parte una et E. fratrem nostrum ex parte altera usque
diem presentem ventilatis in arbitros, scilicet Johannem de Kellenbach,
Hermannum de Porta, Wilhelmum de Smideburg et Wernherum de Alceia
milites, compromisimus, ut inquisitione diligente facta super iure utriusque
partis plenum posse dedimus eis omnes discordias habitas cum fratre nostro
predicto per viam iuris et amoris decidendi; quas si per viam amoris con-
cordare nequiverint, per viam iuris decendant easdem; et si discordes in
decisione huiusmodi fuerint, quod absit, eisdem dominum custodem Magun-
t[inensem] fratrem et Ottonem de Bickenbach nepotem nostrum ambos pro
uno superiore dedimus, ratum et gratum habituri sine contradictione
qualibet, quidquid idem per viam amoris vel iuris super memoratis questi-

onibus sive discordiis duxerint ordinandum. Et si nos G. comes predictus
et filii nostri ordinationi ipsorum arbitratorum, si concordes fuerint, vel saltim
superiorum domini custodis et Ottonis parere nollemus nec observare cura-
remus, fidei violatores, privati honore nostro necnon vicio periurii esse eligimur
condempnati et favore et gratia, consilio et auxilio dictorum arbitratorum et
superiorum esse eciam volumus destituti. In cuius rei testimonium nostrum
sigillum una cum sigillo supradictorum superiorum et arbitratorum duximus
apponendum. Datum anno Domini M^oCC^oLXXVIII^o dominica Esto mihi.

Orig. 4 beschädigte Siegel; Raabe 85, 1. — Vergl. Goerz a. a. D. IV, Nr. 487.